


mere : doctrix enim est disciplinæ De- i et eléctrix




ó-pe-rum il- lí-us. Cant. Magní- ficat. e u ó u a e.
Oratio.

EXAUDI nos Deus salutáris noster : ut, sicut de beátæ Teresiæ Virginis tuæ festivitáte gaudémus ꝛ ita cælestis ejus doctri-næ pábulo nutriámur, et piæ devoti-ónis erudiámur afféctu : Per.

AD II. VESPERAS.

Super Ps. Antiphona Hæc est Virgo sápiens. et Ps. Dixit Dóminus. cum ceteris, ut in Comuni unius Virginis ad ij. Vesperas; Capitulum Optávi., Hymnus Regis supérni núntia., V. Oblivíscere., ut supra in j. Vesperis.




Ad Magnif.


Ant.

viiij. toni.

SAPI-ENTI-AM e-jus enarrábunt gentes,



et laudem e- jus enun-ti-ábit Ecclé-si- a.



Cant. Magní- ficat. e u ó u a e.

DIE XVII. OCTOBRI.

IN OCTAVA S. LUDOVICI BERTRANDI.

SIMPLEX.

In utrisque Vesperis, ad Memoriam Antiphonæ, V. et Oratio ut in die.